



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**B. Haymonis, Episcopi Ante DCCC. Circiter Annos
Halberstadensis, Historiae Ecclesiasticae, Sive De Rerum
Christianarum Memoria, Libri X**

Haimo <Halberstadensis>

Helmestadi[i], 1671

Capvt I. Concilium sacerdotale in Roma propter haeresin Novatianorum.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10968

HAYMONIS HISTORIÆ
D. HAYMONIS
HISTORIÆ ECCLESIASTICÆ

LIBER VII.

CAPVT I.

*Concilium sacerdotale in Roma propter hæresin
Novatianorum.*

Sedente itaque Cornelio pontifice, cum Episcopis LX. numero, totidemque presbyteris, & plurimis Diaconibus, contra Novatianorum hæresin differitur vigilanter, statuiturque suffragantibus utriusque paginae testimoniis, eos qui lapsi fuerant curandos esse, & fomentis pœnitentiæ medicandos; & Novatum, nihil habentem charitatis fraternæ, cum reliquis sequacibus ejus, ab ecclesia sequestrari. Extat de his Epistola *Cornelii ad Fabianum* Antiochenum Episcopum, & libellus *Cypriani* magnificentissime editus; quo & lapsos confortatur, & contradicentes anathematizat. *Decius* regnat annis duobus, & tribus mensibus.

CAP. II

*Persecutio Christianorum per Gallum, cum Volusiano
filio Imperatoris.*

Interea *Decius* duobus nec integris annis functus imperio, cum filiis pariter occiditur. Quo tempore fertur etiam obiisse Origenes, cum plenus esset dierum, & pene septuagenarius. Tunc *Gallus* cum *Volusiano* filio suo obtinet imperium. Cujus cum regnum floreret in initio, & cuncta ei ex sententia cederent
ad